

Qua ex Dei voluntate veniunt sine prospera sine adversa debemus venerari.

Pannon.

174.

Omnia, quae merito patimur a Christo veniunt.

Ansbertus.

175.

Debemus confiteri nos per Christum redemptos.

Richard.

176.

Ex consideratione Christi passio quilibet humiliatur.

D. Thom.

177.

Sexto, quid est quod viginti quatuor seniores, cum sedentes starent super sedilia sua, cum

malia ac seniores, quod libri signacula solvemur hi coram Agno cecidisse? liber iste liber erat Apocalypsoe, ut supra dixi q. 5. In quo multa erant Dei decreta circa futurum statum Ecclesiae. In quo continebantur multa prospera ac adversa, multaque felicitates ac adversitates, & persecutiones ipsius Ecclesiae ac justorum; inde merito animalia & seniores, cum hic liber aperitur ab Agno; prociidunt, quia omnia sive prospera, sive adversa, quae ex Dei voluntate cognoscimus obvenire, maxime, debemus venerari, & malta submissione recolere cum gratiarum actione. Pannonius Caelius. Idem aperuit, & hoc decretum Dei, librum scilicet Apocalypsis, in cuius gratiam, & animalia ipsa, & seniores dignitates, potestatesque, subinde gratias Deo, & Christo agere debent, orationumque suavissima odorem offerre, quia Dei decreto quidquid Ecclesiae eveniat, fieri norint, cui imprimis cura est de ipsa Ecclesia.

Tertio quid est, quod seniores habentes cytharas in manibus cadunt Agnum adorantes Quomodo nam pulsare possunt instrumentum musicum facie versus terram inclinata? Per cythararum pulsationem carnis mortificatio, ac tolerantia Passionis denotatur; merito ergo tunc coram Agno cadunt, humiliter confitentes eorum tolerantiam, ac Passionem ex adiutorio Agni provenisse, cui omnia sua referunt ac tribuunt, Ambrosius. Ansbertus. Quid est animalia, ait, & seniores cum cytharis ante Agnum, nisi quicquid membra patiuntur pro capite per humilem, ac piam confessionem capiti tribuere, sine quo nihil possunt membra perficere.

Quarto, si omnes vehementissime exoptabant librum aperiri, cur libro aperto curiositate non moventur ad legenda scripta in libro, sed statim omnes cadunt coram Agno? In libro juxta multorum sententiam quaest. 2. supra scripta erat redemptio generis humani, unde merito se prosternunt coram Agno tanquam confitentes se Christo soli suam justificationem, ac redemptionem debere Richard. de S. Victor. Cognitor redemptionis humanae Sacramento ceciderunt coram Agno, humiliando se, illum exalando, per ipsum se justificari humiliter agnoscentes, ipsumque esse solum, per quem caeleste bonum tribuitur tali signo confitentes.

Quinto, seniores sedebant in consistorio super sedilia sua: ac cum liber apertus est in quo mysterium nostrae redemptionis continebatur, quo modo Christus passus, & crucifixus est, statim quatuor animalia, omnes nempe Praedicatorum ac Doctores, & viginti quatuor seniores, omnes nempe sancti tam novi, quam veteris testamenti surgunt, & prociidunt ante Agnum, ad pedes ejus mittentes coronas suas. Et cur non prociidunt; cum in libro appareat Christus, mortuus, & crucifixus; quis enim non procumbet, ac humiliabitur, & a se omnem dignitatem deponet, videns Christum pro nobis passum, & mortuum. D. Thomas. Prociidunt coram Agno tanquam occiso dicit, quia ex consideratione Agni pro nobis passio, oritur affectio humilitatis.

Sexto, quid est quod viginti quatuor seniores, cum sedentes starent super sedilia sua, cum

tamon liber aperitur, in quo mors, & Passio Christi manifestabatur, statim ceciderunt coram Agno Arabicus. Prostraverunt se se. Quid est Arabicus, quod quando caelestes cives Deo adstant, reverentes ipsius majestatem erecto pectore ac cultu, submisso tamen animo se habent? At vero cum accedunt ad Agnum tanquam occisum Christum scilicet mortuum, & passum representantem: tunc non stant, sed se se prosternunt cadentes in facies suas; ut dicitur hoc capite vers. 14. Primaussis. Prostrerunt se ante Agnum in quo passio Christi figuratur. Tam altum, & supremum est mysterium mortis, ac passionis Christi quod seniores eum adorant Deum, ejusque supremam Divinitatem recolunt. Stant erecto pectore; tanquam illam imminentem celsitudinem contemplantes: at vero cum vident librum apertum mortis Christi, Agnumque occisum Christum scilicet passum se convertunt, magnitudine tanti mysterii sic obstupescunt ac admirantur, ut in eum non valeant aspicere, nec magnitudinem tanti Sacramenti sustinere, sed corruentes se se prosternunt, in facies cadunt: vel quia ibi exprimebatur Christus in Sacramento altaris, in quo est representatio mortuus, & tantum Sacramentum venerantes, plus reverentiae ibi exhibent, quam ipsimet in caelesti palatio inter majestatis thronos regnanti.

Septimo: Ceciderunt coram Agno, habentes singuli cytharas, phialas areas plenas odoramentorum; & cantabant Canticum novum dicentes Senes multa amoris signa ostendunt, magnosque spargunt odores, & nova componunt carmina, ac dulciter modulantur; unde tam vehementis amoris flammam ebibunt, quas tantis jubilis, tantis Canticis, tantisque odoramentis, ac musicis instrumentis manifestare compelluntur? Nota illud. Ceciderunt coram Agno. Et ubi ad pedes se se Agni dimittunt, necesse erat, ut in immensum divini amoris incendium exereceret; pabulum divini amoris humilitas est, ipsa enim est materia, in qua incenditur flamma divini amoris. D. Ambrosius in praesenti. Quantum se per humilitatem dicitur, tanto amplius in amore ejus exardescunt, quia humilitas, quae fit in conspectu Dei: nutrit amorem Dei.

At Isaia. 62. num. Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam, donec egre diatur ut splendor justus ejus, & Saluator ejus ut lampas accendatur. Maxime exoptat Propheta fieri in mundo illud magnum opus praedestinarum ante saecula promissum ab origine mundi, ab ipsiusque ejus exordio vehementissime desideratum. In quo filius Dei veniens in mundum nostra carne suscepta. Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens; & habitu inventus ut homo. Ex Philipp. 2. n. 7. De hac ergo suprema exinanitione, ac abiectione, qua humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Loquens Isaia ait. Saluator ut lampas accendatur. Ex ipsa exinanitione, ac abiectione tanquam ex cineribus, ac aptissima materia, ardens flamma amoris increvit, & magnum augmentum susceperit, ut tanquam lampas, ac lucerna accensa resplenderet, ac inardesceret. Idem ergo fuit, quod Dominus se exinaneret, & demitteret ac quod charitas salvatoris; ut lampas accendere.

Ad praesentiam Christi passio obstupescunt caelestes spiritus

Christus in Eucharistia summe venerandus.

178.

Humilitas Dei amorem nutrit, & exerecra facit.

D. Ambr.

179.

Isai. 62.

Philip. 1.

Charitatis pabulum humilitas.

D. Chrysol.

180. Rom. 8.

Genes. 18.

Ex humilitate charitas prodit, ac crescit. D. Laur. Iud.

accenderetur, sui que magnam flammam emitteret; & quanto synagoga humillatione crucis voluit hanc flammam exinguere, tanto magis crescere, & auferi fecit. D. Chrysol. serm. 164. Synagoga occidit Christum; si vel sic amorem suribunda valeret extinguere, sed ex morte totum resurrexit in Ecclesia conjugium Christus, ut probaret charitatem morte non superari, sed crescere.

Extollens Paulus summam charitatem Aeterni Parentis ait, Rom. 8. numero 32. Proprio filio non peperit, sed pro nobis tradidit illum. Tam alta fuit etiam Abrahami charitas, ut supremæ Dei Charitatis imitatrix existeret, sed unde charitatis istius ad tam altum cultum valuit evolare: Ipse in conspectu Dei sic se humiliavit, ut usque ad cineris favillas se deiceret. Dixit Abrahamus Genes. 18. num. 27. Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis. Vir justus usque ad cineres se deiecit, & ex ipsis cineribus tantam flammam charitatis excitavit, ut aeterni luminis charitatem imitari videretur. Ad hoc tendit D. Laurent. Justinian de charitate cap. 3. sic loquens: Ignis in pulverem rediit illud, idem facit charitas, loquar ad Dominum meum, ait Abrahamus, cum sim pulvis & cinis. Ecce charitatis ignis necesse crescere & inardescere nisi ex humilitatis cineribus & abiectionibus.

QUESTIO XXI.

Quare singuli dum cadunt ante Agnum habent cytharas? & quod per ipsas significatur?

181.

Rupert. Post Agni Passionem magna illi ab omnibus adoratio.

182. Philip. 2.

183.

Omnes habent cytharas & phialas non solum viginti quatuor seniores; sed etiam animalia; nam licet particula singuli cum sit generis masculini, videatur solum referri ad seniores, tamen per analogen in genere masculino, intelligitur etiam neutrum, ac proinde ad animalia etiam extenditur.

Primo, notandum est ex Ruperto in praesenti quod antequam agnus librum aperisset, id est antequam per Passionem suam adimplet veritatem Scripturarum, praeter paucos; hoc est praeter tres Magos ab oriente venientes; & praeter illum illuminatum a nativitate caecum, ferè nullus invenitur prociidendo adorare Agnum; at postquam librum aperuit, id est, per mortem, & Passionem suam, obedientiam consummavit, omne genu ante eum curvatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Philip. 2. Quod etiam praedixit Regius Vates Psal. 71. n. 9. Coram illo prociident Aethyopes & inimici ejus terram linguarum: id est, qui ante inimici erant in signum perfecta adoracionis terram ipsam lambent. Sic citatus Rupertus.

Secundo, notandum est ex Viegas mirum sane fuit, ait, leonem, vitulum, & aquilam cytharam pulsasse: quod summam Christi gratiam declarat, quae ferocia ingenia, & suave natura barbata, atque ad fidei disciplinam parum idonea in Apocalypsim, Tom. I.

nea condolefecit atque erudit, ut cum viginti quatuor senioribus possint cytharam in manu sumere, Deique laudes decantare. Simile prodigium commemoratum habemus Isai. 11. n. 6. ubi puer parvulus, id est Messias in statu Pastoris rectoris dicitur gregem quandam, ex Agnis, haedis, vitulis, ovibus, lupis, pardis, leonibus, &c.

Ad quaestionem respondeo primo, & est genuina, literalis interpretatio. Hæc magifica ac sublimis adoratio, ac laus fit cum cytharis, & phialis ad ostendendam magnitudinem beneficii nobis facti per Agnum in apertione hujus libri; ad magitudinem autem tantæ adorationis, laudis, & gratiarum actionis spectat, ut fiat non solum corde & voce, sed musicis quoque instrumentis, & suffragibus, sive odoramentis, quo etiam denotatur ingens jubilus, læticia ac gaudium in adoratione ac laude Dei, ex quo edocta Ecclesia sancta his Deo celebrat sua solemnia.

Quid simul in his senioribus ac animalibus significant simul cytharæ & phialæ, dicam commodius quaest. sequenti; nunc de cytharis ac eorum mystica significatione nobis hæc peculiariter est sermo. Primo Richard. de Sancto Victore. Cytharæ, ait, quae pulvis manuum suaviter sonant, apud opera bona figurant; quo suis effectibus quasi quibusdam sonis, proximos ad caelestem patriam excitant, & invitant. Deum Christum Agnum laudant, & adorant ob apertum librum signatum, cytharas pulsan. Et cur hujusmodi instrumentis utuntur? Cytharæ manu ac digitis tanguntur, indeque bona opera designant, & simul suâ harmoniâ alios excitant & provocant; inde cum Deum laudant seniores ob tantum beneficium acceptum pulsan, verè enim tunc Deum laudamus, ac alios ad ejus gloriam provocamus, cum bonis operibus proximos ædificamus ac in oculis eorum præstamus.

Secundo, cur ergo omnes seniores habent cytharas; cur aliis instrumentis non utuntur quia in multarum vocum ac cythararum concentu innuitur admirabilis Beatorum charitas & concordia, nam ex illo concordia comanique consensu, maxime Christi gloria ac Dei Patris emicat ac splendescit, cum omnes beati unanimi consensu ad Dei gloriam & honorem conveniant. Guill. Paris. lib. 2. de univers. p. 2. sic ait. Os cujuscumque glorificati hominis erit, sicut cythararum, chordarum innumerarum, & erit sonoritas ex ore uniuscujusque glorificati concentus vocum, sive sonorum innumerabilium mira, & inexcogitabili nobis hæc suavitate sibi invicem consonantium. Sic & ait Pannonius significari hic spirituales harmoniam ex variarum virtutum consonantia resultantem, per quam Sancti semper Deum laudant; sensus in corpore ait Cornelius, sunt quasi chorde in cythara compositi; cytharæ ius est mens sapiens, quæ cum illis imperat, discernit animus quid absolum, quid consonum sit.

Tertio, Viegas, & alii per cytharas intelligunt prædicationem verbi Dei, ipsosque ejus præcones, qui se suaque verba dimittunt ac submitunt ad pedes Agni ad quem omnia sua dirigitur; de quibus mysticè loquitur Isaia. 16. n. 11. Venter meus ad Moab quasi cytharæ sonabit. H h 2 Ia

Isai. 11.

Magnifica & sublimis adoratio.

185.

Richard.

Tunc Deum laudamus cum bonis operibus proximis ædificamus.

186.

Summa Beatorum concordia, & consonantia.

Guill. Paris.

Pannon.

Cornel.

187.

Viegas. Concionator instat cytharæ virtutibus resonet. Isai. 16.



D. Hieron. In quem locum recte notavit D Hieronymus, concionatorem debere omni virtutum genere praefulgere. Quomodo, ait cythara non emittit sonum compositum, si vel una chorda rupta fuerit; sic Spiritus sanctus venerit Propheta, una in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulci resonare. Hinc Clemens Alexandrin. in exhortatione ad Gent. ait, Christum fuisse novum quendam cytharodum, qui nova concentus suavitate tam per se, quam per suos concionatores omnia ad se traxit, velut de Orphæo Gæci fabulantur.

Clem Alex. Quarta, Primasius, Beda, Rupertus, Ansbertus, Hugo Cardinalis, & Glossa ordinaria, qui per hujusmodi cytharas carnis mortificationem intelligunt, seniores, ut Agni stipatores & asseclæ, crucem, in sine ejus gestant, ejusque Passionis, & mortificationem tenent. In cythara enim lignum & chorda, per lignum designatur crux Christi, per chordas caro iustum, secundum diversa membra, ut fiat plures chordæ quæ extenduntur in ligno, quando ad imitationem crucis austeritate passionum Christo configuntur. Ad Galatas 5. num. 24. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis suis. Secundò, quia ut ait D. Gregor. lib. 3. Moral., cap. 3. Chorda cythara si minus tenditur, sonat; si amplius rancum sonat. Sic & mortificatio non bene sonat apud Deum, si remissa, vel nimia sit: debet ergo esse recta ratione, quæ est cytharæ usus, gubernata. Unde ait D. August. in illud Psalm. 42. num. 4. Constat tibi in cythara Deus. Sicut autem ex inferiori parte sonat cythara, ita mortificatio inferioris anime vires, & carnem domando, personare eas facit & Deum laudare. Tertio, ut notavit Ansbertus, sicut in cythara alia chorda fortius, alia lenius tenduntur; eadem dissimiliter extensa non dissimilem concentum efficiunt; sic diversa Christi membra, quamvis majorem, vel minorem sustineant mortificationem, unam tamen concordem Dei laudem resonant. Quarto, quomodo per cytharam, quæ lætum ut jucundum sonum efficit, denotatur mortificatio ac penitentia: quia hæc ut recte notavit Richardus tract. 1. de exterminatione mali cap. 3. non fit cum amaritudine, sed cum lætitia ac gaudio. Quinto, ut notat Thomas Anglicus non solum dicitur, quod habeant cytharas, sed addit termino; singuli. Et cum magno mysterio exprimuntur singuli, quia unusquisque debet sua propria mortificatione, ac penitentia Deum laudare ac glorificare.

188. Primasius, Beda, Rupertus, Ansbertus, Hugo. Mortificatio tenenda.

Galat. 5. Paucis ita ne sit nimia, vel remissa. D. Greg.

Psalm. 42. Ansbertus.

Richardus. Mortificatio fit cum lætitia & gaudio. Thom. Ang. Propria penitentia Deum laudat.

189. Mortificatio procedit in hac vita ad gloriam.

190. Ansbertus. Psalm. 16. Psalm. 57.

semper presentanea sit hæc cythara ad abigendos à cordibus nostris demones. Ad similitudinem Christi cytharæ Deo gratissimi fuerunt Martyres maxime in ecclesie extensi. Similitudine Christi passi Agnum tamquam occisum adorant, & celebrant seniores; nil gratius divino Agno nulla ei major celebratio, quam dum Passionis ipsius imitationem habeamus.

Septimo, omnes habent cytharas, & cur non potius aliqui ex eis organum, vel lyram, adorant Agnum occisum, ob apertum librum, in quo eius Passio & mors continebatur, & inde cantabant canticum novum; qui erat mortis & Passionis Christi, ut infra dicam vers. sequenti, & inde omnes cantantes ac recolentes Passionem Christi habent cytharas, quia inter omnia instrumenta musica vox cytharæ acutior, ac penetrabilior cæteris est. Sic inter omnia arcana fidei nostræ mysterium Passionis Christi acutius & efficacius penetrat, & transigit nostra corda ab ea in sui admirationem ac cõtemplatione rapit.

Octavo, omnes isti seniores erant reges, & habebant in capibus coronas, ut patet supra cap. 4. n. 4. Cur ergo omnes tenent cytharas in manibus, aptius videbantur quod haberent lanceas, vel gladios ad pugnam; quænam convenientia inter cytharam & coronam? Gladius terribilis, & formidinem incutit; cythara vero suaviter, & dulcis animos allicit, ac attrahit. Habent ergo Reges potius in manu cytharas, quam gladios, ut suos magis devineant amore, & benevolentia, quàm eos terrore ac pavore concutiant; amor, quo firmatur regnum, benevolentia reconciliatur, odium verò, quo Respublica cadit, terrore ac formidine gignitur.

Fecit Rex Salomon thronum valde amplum & magnificum admirabilis architecturæ, qui ad sui ascensum habebat sex gradus, & duodecim leuiculi stantes super sex gradus hinc atque inde, 3. Reg. 10. n. 20. proindeque sex gradus qui præstabant ascensum, ex una & altera parte sex leuiculos habebant, & ut refertur 2. Paralip. cap. 9. num. 18. Duo alirificus brachiola: quæ sedilis latera circuibant, tanquam patula, & aperta ut animum & cor Regis tenerent, & quomodo hæc duo conveniunt in uno, & eodem throno, leones nempe & brachiola extensa ac aperta; nam unum dicit timorem, alterum summam innuit clementiam, & benignitatem, & quod maxime notandum, quod ex omnibus totius orbis regibus solus Salomon suum thronum tali dispositione fabricavit, ita ut dicitur de eo; Non est factum tale opus in universis regnis. Cur nullus alius Rex etiam potentissimus talem sibi similem sedem paravit? Cur hoc tantum est reservatum Salomoni? Salomon idem valet, ac Rex pacificus, nam ut de eo testatur Josephus, erat lenis ac suavis ingenii. Inde ergo in gradibus, per quos ascendit ad thronum ponuntur leones; juxta verò cor ac viscera brachiola extensa; Rex enim pacificus, & clemens iram ac furorem leonis pedibus conculcat, at verò in corde, & animo brachia patula, & extensa habet ut omnes clementer excipiat, amplectatur, & recreet.

Valde celebres sunt illi duo fratres Jacob, & Esau: Jacob pascebat oves, Esau autem feras venabatur: Factus est Esau vir ignavus vendit.

Christus crucifixus ac crux ejus cythara id abigendos demones.

191. Inter omnia mysteria Passio Christi vehementer penetrat corda.

192. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

193. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

194. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

195. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

196. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

197. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

198. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

199. Rex magis benevolentia quàm terrore suos sibi reconciliat.

Gen. 21. Genes. 25. n. 27. Uterque parenti offert cibum; sed Jacob benedictione cælesti ditatur; Patriæque Rex ac Princeps inauguratus. Serviant tibi populi, & adorant te tribus, esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuae.

Gen. 17. Genes. 27. num. 29. Valde sanè mirabile; nonne magis gloriosum est homini, non magis aptum ad regnum, ad ipsum patrocinandum ac defendendum ille, qui expedit arcu & sagittis utitur, feratque solent caput, occisalque Deo patenti libat, quam qui obiecto gramine baculo oves trahit? Cur ergo qui feras domuit sagittis, repellitur, & ille eligitur qui baculo ex pascua agnos pavit? Rex ille & datus à Deo, qui non arcu & sagittis percussit, ferit, ac maclat, sed ille qui levi pastoris baculo regit & gubernat, & magis placuerunt victima pauca tenera mansuetudine oblatæ, quàm multæ dura, & aspera feritate peremptæ ac strangulatæ. D. Ambros. lib. de Jacob, cap. 1. Vici, ait, mansuetudo duritiam, dum alter venat, aspero prædam querit agrestem, hic tenera mansuetudinis, atque pietatis pio patri dulces epulas ministravit. Vide multa de hac re in nostris quinque tomis in Evangelia.

D. Ambros. Rex à Deo datus non rigore, sed benignitate regit.

QUESTIO XXII.

Quare omnes seniores in manibus non solum habent cytharas sed etiam phyalas aureas; & quid significant?

195. Phiala hic videntur à Joanne, & sit alius ante altare incensæ in templo Salomonis ante altare incensæ. 3. Reg. 7. num. 50. & 1. Paral. 28. num. 17. & 2. Paral. 4. num. 8. Harum phialarum multitudo, materque excellentia aperte colligitur ex lib. 1. Esdræ cap. 1. num. 9. ubi numeratur phialæ, quæ in templo fuerunt scilicet triginta aureæ, & mille argenteæ. Phialæ autem hic symbolice accipiuntur, revera enim tales non sunt in cælo, non illis Sancti indigent, ut Deo offerant orationes Sanctorum; quid ergo per eas intelligatur videndum est.

Advertendum est quod dicitur in textu habent singuli cytharas, & phialas aureas. Juxta Pannon, & alios, illud aureas refert tam ad phialas, quàm ad cytharas, ac proinde utraq; aureæ erant, ad quæstionem quid per has cytharas intelligatur, variæ sunt sententiæ.

Prima, & magis germana, ac consona litera est, quam tradunt Rupertus, Beda, Richardus, de Sancto Victore, Hugo, Dionysius Carthusianus, Glossa Interlinealis, phialas aureas esse corda Sanctorum charitate (quæ auro assimilatur) pretiosa ac fulgentia, quæ plenæ sunt odoramentorum, quæ ut explicat ipse Joannes, sunt orationes Sanctorum. Nam sicut phiala, seu vas continet odorem, qui effunditur, sic corda justorum, orationes, ac meditationes Sanctorum, quas coram Deo offerunt. Sed alias etiam sententiæ proferamus.

Secundò, Pannonius per phialas, Sanctos

Apocalypsim. Tom. I.

etiam interpretatur, & ait. Sicut enim phiala in parte infima angustiores sunt, in suprema vero latiores, ita Sancti in parte inferiori, id est, in carne sese coangustant, & comprimunt, ne terrena anxia concupiscant; in superiori autem, id est, secundum spiritum, se pro viribus dilatant, appetendo lesinam dilatare, juxta Psalm. 138. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Tertio, Andreas Cælar. ait quod cytharæ significant concinnam, suavemque Dei laudem, quam Sancti canunt Deo; thymiana denotat sacrificium, quod fideles per castimoniam, & morum integritatem Deo offerunt: phialæ sunt piæ castaque cogitationes, ex quibus hoc thymiana casta piæque cogitationis exhalat, ex bona, castaque cogitatione bona opera emanant. Quarto, Ansbertus ait: ipsam charitatem phialarum nomine accipi, quæ plenæ sunt odoramentorum, id est orationum, quia non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis orat; hoc est enim esse plenam & perfectam.

Quinto, Alcazar, cum hanc Agni adorationem referat ad sacrificium Missæ, & per viginti quatuor seniores intelligat Sacerdotes, phialas accipit pro Calicibus, quibus in sacrificio Missæ utuntur Sacerdotes; & quia tota hæc adoratio seniorum ad gratiarum actionem ordinatur Agno exhibita, quia librum aperuit adimplendo mysterium nostræ redemptionis: qua nos redemit sanguine suo, ut dicitur infra vers. 9. inde & Sacerdotes in sacrificio Missæ gratias agunt Deo pro beneficio redemptionis, idcirco Eucharistia dicitur, id est gratiarum actio. At hæc ut ait Cornelius à Lapide magis sunt mystica & allegorica, quàm literalia, nec hic Joannes exhibet Sacerdotes ac eorum ministerium, sed tantum beneficium impensum in apertione libri.

Sexto Pannonius: Considerati, omnes dicuntur habere cytharas, & phialas, nec unam sine altera, quia nec spiritualis harmonia sine oratione, nec oratio vera sine harmonia, hoc est cordis concertu, ubi bene suavissimo. Non solum in manibus habent cytharas, sed etiam phialas aureas plenas odoramentis: nonne fat erat quod in manibus tenerent cytharas, ad quid ultra phialas? Quia non fat erat exterius Dei laudes decantare, nisi ipsum cor interius, plenam sit odoramentorum, id est orationum ferventium, suavissimi odoris cum multis jaculatoriis ad Deum, cum multa meditatione, ac cõtemplatione cælestium mysteriorum; non fat est Deum ore laudare, ut multi faciunt in Ecclesia, si cor eorum alienum est à Deo.

Septimo, dicuntur seniores habere cytharas & phialas, & sanè alta dispositione, cythara præmittitur, & tunc ponitur phiala, quia mortificatio, quam cythara denotat, ut dixi superioris quæst. debet præcedere orationem; quia phiala significatur, ut ita fiat Deo gratissima, & suavissima harmonia. Cantic. 4. numer. 6. Cant. 4. ait anima sancta, Vadam ad momem myrrhæ, & collem thuris. Prius promittit ascensum ad myrrham amarum mortificationis, ut inde pertranseat ad suavem thuris orationis; non verò è contra dixit, sicut Cantic. 5. num. 1. Mesui myrrham meam cum aromatis meis. Quia nimirum utrumque jungendum, ita ut præ-

H h 3 miratur

Psalm. 138. Sancti ad terrena anxia concupiscant; in superiori autem, id est, secundum spiritum, se pro viribus dilatant, appetendo lesinam dilatare, juxta Psalm. 138. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

199. Ard. Cælar.

Ansbertus. Perfecit charitas pro amicis, & inimicis orat.

190. Alcazar. Calices, & ministeria sacerdotum intelligit.

191. Pannon.

192. Laus exterior na Dei sit cõjuncta cum interiori.

193. Ante orationem mortificatio præcedat.

Cant. 5.